

1741.

1. Camerarius, Ioh. Ulricus : De canela Sacra
abundantia. Prognosis, quo profectiones intimat.
2. Camerarius, Ioh. Ulricus : De substitutione puer-
commissaria matris in diem, quo Cibis ipsius
in post partum decresserint. . . Prognosis,
quo lectiones suas intimat
3. Camerarius, Ioh. Gottlieb : De jureamento in libem sin-
gularis interesse
4. Kunkel, Johannes Adams : De relocatione facita
5. Sibeth, Conrad : De alienatione et onusione
miserum validae atque invalida.
6. Zink, Johannes Christianus : De amicabilis compo-
sitione et in specie de transactiōnibus necnon
de differentiis, quae in discordantibus transactio-
bus atque pacta remittoria

1742.

1. Camerarius, Ioh. Ulricus : De vero ordine successori feminis.
Item secundum ius primogenitorum integralis senioritatis
et hinc plante jure successori Augustus. Tomus Buranus
in plus que horas duodecimas . . .

1742.

2. Ester, Joannes Georgius: *Von der chemischen Einwirkung
des Turmisen-Fukalitats, dem Wissprung s. Mr. Linke seines
Ordinarius . . . Im Landgericht zu seinem Wintervor-
lesungen.*
3. Fener, Christ. Fridericus: *De appellatione extrajurisdictionis
an impedientia attentata.*
4. Koenig, Iacobus Carolus: *Terroraria potestate in per-
ibus regni Arclatensis et Italicæ. Prisana, quod
protectiones suas intima f.*
5. Pfeiffer, Dr. Iac. Meister: *Res successione descendens.
Item legitima curia.*

1743.

1. Ester, Joannes Georgius: *De minima circulorum Germano-
Magyarum libertate, ratione bellicorum, civilium
economiarumque, quam sanctos Imperatoria Consilii
III Caesaris . . . capite XII § 4. . . firmavit*
2. Ester, Joannes Georgius: *Te rostrata agenti appellavit'.
que facultate ratione bellicorum, civilium et occu-
nicorum, de quibus circulis Germaniae statuerunt,*

ad ollars. Cap 12 § 4 Sanchezius Imp. Corali VII.

1773.

2. Hartmannus, Joh. Adrep: De jure successorum
in eiusdem sacri imperii Romano. Germanus.

3. Homburg zu Vach, Remilius Lutovius: De ultimis
voluntatibus ex veritatem mente testatoris ad
casus incognitos ab eis. Programma, quo ad
lectiores invitatur.

4. Homburg zu Vach, Daniel Lut. : De recorviscentia
juriorum extinguitorum.

5. Schantz, Dr. Ios. Phantis: De jure accessoriis
ab inheritance et ex testamento.

3
The individual stages of development of the species are not
well defined. It is not clear whether the first stage is
the larva or the pupa. The second stage is the adult, which
is a small, dark brown insect with long wings and a long
abdomen. The third stage is the pupa, which is a small, dark
brown insect with a long abdomen. The fourth stage is the
adult, which is a small, dark brown insect with a long
abdomen.

Pr. 53. num. 22.
20
D. JOH. ULRICI CRAMERI,
POTENTISS. SUECOR. REG. HASS. LANDGR. CONSIL.
AUL. PROF. JUR. ORD. p. t. FACULT.
JUR. DECANI.

1741, 2.

PROGRAMMA
DE
SUBSTITUTIONE
FIDEICOMMISSARIA
MATRIS IN DIEM,
QUO LIBERI IPSIUS
INFRA PUBERTATEM
DECESSERINT,



NEC CUM VULGARI IN EUNDEM DIEM
NEC PUPILLARI CONFUNDENDA.

QUO
LECTIONES SUAS AD PANDECTAS
INTIMAT.

CUM RESPONSO FACULTATIS.

MARBURGI CATTORUM, 1741.
TYPIS PHILIPPI CASIMIRI MULLERI, ACAD. TYP.

JOHN HIRSH GRAMMER

PROGRESSIVE

SUBSTITUTION



§. I.

Fit interdum, ut in eum diem, in quem alias substitutio pupillaris fieri solet, per fideicommissum substituatur: quod acumine non præditos vel incautos facile confundit, ut in casu isto pupillarem substitutionem subesse statim pronuncient: cum tamen substitutio indirecta fideicommissaria saltem conditionalis vel in diem sit. Placuit itaque casum hunc singularem paulo exactius excutere, ut in posterum error, qui communiter oriri solet diversa pro iisdem habendo, facilius evitari possit.

§. II.

Matrem pupillariter substituere non posse, ne quidem Jure hodierno communi, unanimis est Doctorum sententia (a). Valere tamen substitutionem pupillarem a matre factam in vim fideicommissi, apposita Clausula Codicilli, non minus concorditer statuunt (b).

A 2

§. III.

(a) Conf. CARPOV. P. 3. c. 8. d. 16. HAHN ad WENSEN. Tit. de Legat. in fin. STRYCK. de Cautel. Testam. c. 18. memb. 2. §. 6. HOPP. ad verba quos in potestate pr. Inst. de pupill. subst. WERNHER p. 5. O. 157. (b) Conf. SCHILTER Ex. 38. & 88.

§. III.

Cum itaque fieri possit, ut substitutio pupillaris matris ad fideicommissum inflectatur ex confessione Dd. (§. 2.); id autem fieri non posset, nisi mater liberis suis fideicommissarie, & quidem sub conditione five in diem, quo infra pubertatem decesserint, substituere possit; *nil quoque obstat, quominus mater expresse per fideicommissum iisdem in diem ipsum substituat.*

§. IV.

Quodsi igitur mater jure statutario liberis pupillariter quoque substituere valet; nondum sequitur, substituit ipsis mater in diem, quo infra pubertatem decesserint. Ergo substitutio ipsius pupillaris est; sed substitutio fideicommissaria esse potest, fideicommissio sub conditione seu in diem constituto.

Scholion. Ita vi *Reformationis Francofurtensis P. 4. Tit. 4. §. 4. 5.* mater liberis pupillariter usque ad annum etatis decimum octavum completum substituere potest. Non tamen sufficit ad id ut existimes, eandem pupillariter substituere voluisse, quod annum 18. expresserit. Fieri enim potest, ut eundem tantum tanquam diem fideicommisso constituto adjecerit. Cæterum negandum non est, dubiis adhuc involutum esse, an Jure Francofurtenensi matri pupillariter substituere permisum sit in casu, quando pater adhuc vivit. *Restrictionem suadent verba cit. §. 5. Tit. 4.:* Doch allein in demjenigen, so sie ihnen verschaffen, und nicht weiter, quæ ultima verba concernunt bona paterna, quæ liberi nonnisi patre mortuo habere possunt.

§. V.

Si mater substituens ipsam expresse declaravit, se per modum fideicommissi substituere: si substitutos fideicommissa-

missarios appellavit; dubio caret, quin liberis per fideicommissum maluerit, quam pupillariter substituere.

Scholion. Licit etiam substitutio per fideicommissum honorabili institutionis titulo facta legatur in Testamento, nisi ob perplexitatem & repugnantiam verborum ipso jure nulla sit per l. 16. ff. de condit. Inflit. l. 118. ff. de Reg. Jur. nec utile per inutile vitietur, clausula ista pro non adjecta habenda est. Nec mirum: in genere enim clausulas ex stylo Notariorum præter & contra partium mentem adjectas valere non debere, si in principali dispositione non reperiantur, nemo non concedit (c).

§. VI.

Quoniam itaque nulla dispositio patris vel matris, quæ fraudem Legitimæ infert, valida censetur (d); nec substitutio matris fideicommissaria in diem, quo infra puberatem liberi decesserint, substitit, nisi quoad bona ultra legitimam.

§. VII.

Quemadmodum igitur *jus Legitimam de fideicommisso detrahendi* a liberis ad quoscunque heredes transmittitur (e), ita in specie quoque *ad patrem superstitem transmittitur*, si is filie sue heredis fiduciarie heres extiterit.

§. VIII.

Si mater in Testamento liberis suis in diem, quo infra puberatatem decesserint, per fideicommissum substituit, & patri superstiti portio statutaria competit, eandem ipsi Testamento nec tollere, nec diminuere potest. Est enim portio

A 3

statu-

(c) Conf. HEIG. P. 2. Qu. 17. n. II. CARPOV. P. 3. c. 1^a d. 40. n. ult. (d) L. 32. C. de inoff. Testam. c. RAYNUTIUS c. RAYNALDUS X. de Testam. ANTON. FAB. in Cod. L. 6. Tit. 23. d. 9. (e) FRANZK. ad ff. Tit. de Inoff. Test. n. 54.

statutaria conjugi superstiti ipso jure concessa ad instar legitima. Quemadmodum igitur hæc nec tolli nec minui potest, nisi iterum compensetur: cum non ex judicio Testatoris, sed ex provisione Legis debeatur; ita quoque nec portio statutaria patri a matre liberis suis in diem, quo infra pubertatem decesserint, per fideicommissum in Testamento substituente tolli vel minui potest.

Sicut autem nil obstat, quominus Legitima a parentibus liberis vel viceversa in Testamento augeatur, vel liberi non solum in legitima, sed ex aſſe heredes instituantur; ita quoque *nil impedit, quominus a conjugi portio statutaria superstiti in Testamento augeatur, nisi ipsum ex aſſe heredem instituere velit.*

Scholion. Atque hoc spectat §. 2. Tit. 4. P. 5. Reformationis Francofurtensis, verbis: *Als ordnen, sezen und wollen Wir: wenn sich zuträgt, daß ein Ehegemächt vor dem andern ohne Auflösung eines Testaments oder letzten Willens verstürbe ic. Quoniam enim §. 1. Tit. 7. P. 5. ita se habet: Würde sich aber zutragen, daß der Chemann dem Weib, oder das Weib dem Mann, dasjenige, so ihme in den Heuraths-Briefen verschrieben oder NB. sonst von wegen dieser unserer Reformation gehühret, aus gefasster Gräme, durch sein Testament oder letzten Willen unverschuldter Sache entziehen, oder sonst schmälern wolte, so ordnen und wollen Wir, daß solches alles krafftlos und nichtig seyn, auch also, wenn die Fälle sich zuträgen, erkant werden solle, utraque loca vero ita interpretari debemus, ut concordent; igitur illum non nisi de casu præsentis §. augmenti legitima vel heredis institutionis in Testamento factæ intelligere licet, cum hic diminutionem & multo magis privationem portionis statutariaæ ex-*

Prædicta monitione at cludat.

cludat, referatque causam, ex qua nonnunquam istiusmodi exclusio fieri solet, *eine gesetzte Grünne*, ad eandem de-testandam, minime vero restringendam dispositionem.

§. X.

Ac proin non sequitur: Statuta loquuntur de casu, quo portioni statutariae ob Testamentum conjugis locus non est; vel prius inspici jubent Testamentum, antequam portione statutaria superstes conjux contentus esse teneatur: Ergo nonnisi in eventum Testamenti non conditi portioni statutariae locum concedunt. Semper enim subintelligendi sunt illi casus, in quibus conjux superstes ab altero demortuo vel heres institutus, vel portio statutaria ab eodem ipsis aucta.

Scholion. Ita vi Reformationis Francofurtensis P. 5.
Tit. 4, §. 5. dimidia pars proprietatis mobilium portio statutaria patris superstitis eo in casu est, quo liberi supervent. Nihilominus vero conjux unus alterum Testamento heredem instituere vel eidem portionem suam Testamentarium augere potest; adeoque non sequitur: hoc in casu portioni statutariae locus non est, vel prius inspiciendum Testamentum, antequam parte ista dimidia contentus esse debeat maritus: Ergo Francofurti portio statutaria locum tunc demum habet, quando nullum Testamentum conditum, & porro portio statutaria Testamento tolli vel saltet, minui potest.

§. XI.

Si mater liberis in diem, quo infra pubertatem deceperint, per fideicommissum substituerit, pater legitimam a tota quantitate bonorum detrahere potest portione statutaria prius non detracta (f). Etsi enim ex alienum prius deducen-

(f) CARPZ. L. 6. R. 48. per tot. LEYSER Medit. ad ff. sp. 91. Med. 5.

ducendum sit, cum bona non intelligantur, nisi deducto ære alieno: Legitima tamen æs alienum æque est ac portio statutaria; consequenter par utriusque debet esse conditio. Sicut itaque alias hæc pro ratione totius substantia bonorum æstimatur, inclusò ære alieno legali legitimæ (g); ita & hic Legitima inclusò ære alieno legali portionis statutariaæ æstimanda est.

Scholion. Pone ergo Testatrix bona confidere sumam 15000. florenorum, & sub iisdem comprehendendi 6000. mobilia, pater 3000. portionis statutariaæ & 5000. legitimæ nomine deducere posset.

§. XII.

Si mater liberis in diem, quo infra pubertatem deceperint, per fideicommissum substituit, pater una cum legitima Trebellianica quoque detrahere potest. Est enim fideicommissum matris hoc in casu in diem constitutum vel conditionatum (§. 4.). In praxi autem dubio caret, quin si fideicommissum conditionatum vel in diem constitutum Legitima & Trebellianica simul detrahi queant (h). Ergo nec in dato casu dicta detractioni quid obstat.

§. XIII.

Quarta Trebellianica a patre deinceps deducenda est deducta portione statutaria & legitima (i). Quarta enim Trebellianica est portio bonorum a defuncto relictorum & onere fideicommissi affectorum. Enimvero bona illa non intelligi, nisi deducto ære alieno tam hominis quam legali,

(g) BRUNNEM. Cent. 3. Dec. 23. (b) HARPRECHT in Diff. de Jure deducendi quartas c. 2. § 69. LYNNER Ref. 382. STRYCK, de Success. ab Intest. Diff. 7. c. 1. §. 26. & Us. Mod. ad SC. Trebell. §. 13. (i) Conf. STRYCK, de Success. ab intest. d. c. 1. th. 29. BERGER p. 436.

lis, nemo non concedit. Quare cum ex alienum legale tam legitima quam portio statutaria sit, & utraque eodem jure gaudeat; liquet quartam Trebellianicam a patre demum deducendam esse deducta portione statutaria & legitima.

Scholion. Pone ergo bona confidere summam 15000 flor. & 6000. esse mobilia; 3000. nomine portionis statutariae, & 5000. nomine legitimae deduci deberent, & dein a residuo 7000. pars quarta detracta 1750. a. Trebellianica nomine competeteret.

§. XIV.

Ubi mater quoque pupillariter substituere potest, in dubio tamen potius liberis in diem, quo infra pubertatem decesserint, per fideicommissum substituisse, presumenda est. Ubi enim Mater pupillariter substituere potest, nec pecuniariter introductum, ut pater pupillariter substituens matri legitimam relinquere tenetur, mater eadem patri reliquise, minime censenda, nisi diserte expresserit. Si vero mater liberis per fideicommissum in diem, quo infra pubertatem decesserint, substituit, patri non solum praeter portionem statutariam legitimam sed & Trebellianica salva manet. Cum adeo mitior haec sit sententia, eademe que in dubio amplectenda sit, & eo magis hic quod minimum subtraxisse presumenda sit uxor; in dubio quoque mater liberis in diem, quo infra pubertatem decesserint, per fideicommissum potius, quam pupillariter substituisse presumenda.

Scholion. Imo puto nec rationem sufficientem adesse, cur potius per fideicommissum, quam pupillariter liberis suis substituisse, cum id potuisse, nisi statuatur quod voluerit, ut praeter Legitimam & portionem statutariam etiam Tebellianica ad maritum perveniret. Ita quoque si pu-

B

pilla-

pillariter substituit, ubi id valet, nec ratio sufficiens est, cur non potius per fideicommissum ipsis substituerit, nisi patrem legitima ibi privare voluerit, ubi ad eandem relinquentiam praeceps non tenetur. Quare cum contra principium rationis sufficientis mater disponere nequeat, eidem conformiter dispositio ipsius explicanda.

§. XV.

Substitutio fideicommissaria matris in diem, quo liberi infra pubertatem decesserint, a vulgari in eundem diem multum differt. Hac enim supponit institutionem liberorum conditionatam, sub ea nempe conditione factam, si liberi ad pubertatem pervenerint; qua liberi in legitima gravantur, et si gravamen favorem liberorum concernat, adeoque revera gravamen non sit: ob idque impeditur, quominus Legitima ad heredes filiae velut patrem ipsius transmitti possit. Enimvero illa substitutio fideicommissaria supponit puram heredis institutionem, qua liberi in legitima non gravantur (§. 6.), imo potius id a matre intenditur, ut patri legitima salva maneat competitque Trebellianica (§. 14.), quam istiusmodi vulgaris prorsus excludit, nullo fideicommisso constituto. Atque sic differentia realis inter utramque non potest non in omnium oculos incurgere.

Scholion. Ne itaque haec vulgaris cum illa fideicommissaria coincidat, omnis opera in interpretando Testamento danda est. Quoniam enim haec directa, illa fideicommissaria autem obliqua substitutio est, confusio oritur minime permissa. Namque ipsam ob causam, ne confundantur liberis legitima, sine onere relicta censenda est, si substitutio a matre in diem istum per fideicommissum facta, quo transmitti possit in patrem superstitem, & in dubio quoque potius pro fideicommissaria illa substitutio-

tutione, quam hac vulgari præsumendum, quia pro marito illa favorabilior. Habemus apud BERLICHUM (k) casum istiusmodi substitutionis vulgaris, qui a dicto casu substitutionis fideicommissariæ, nobis hoc anno ad respondendum de Jure oblato & sub calcem adjecto, multum differt, & manifestissime demonstrat, quanta inter utramque sit differentia. Ex illo id quoque apparet, æque ac ex substitutione pupillari uxorem maritum suum minus ac cognatos suos dilexisse, consequenter ubi non eadem, sed substitutio fideicommissaria electa, id e contrario indicio est, uxorem maritum suum magis quam cognatos suos dilexisse.

§. XVI.

Cum itaque *substitutione fideicommissaria* indicium majoris amoris erga maritum quam erga cognatos; amor vero defuncti optimum ipsius voluntatem cognoscendi principium sit; evidens est, quod *in eadem omnis præsumtio & interpretatio pro marito contra cognatos facienda sit.*

Scholion. Alias sane mater vulgarem substitutionem in eundem diem, vel pupillarem eligere debuisset, quemadmodum potuisset, si in conjectanda ultima voluntate sua Judicem hac via naturali incedere ipsi displicuisse. Quod magis confirmat, si mater detractionem Quartæ Trebellianæ non prohibuit, quemadmodum a testatore prohiberi potest (l), et si aliqui inter liberos primi gradus & alios distinguant, ut nempe in his prohibitio valeat, non in illis, quod faciunt GAIL. (m) & BARRY (n), utpote quam di-

B 2 stin-

(k) Decis. Aur. CXI. (l) BACHOV. ad Treutler. Vol. 2.
Disp. 14. th. 10. Lit. a. CHRISTIN. Vol. 5. Dec. 204.
n. 16. (m) L. 2. Q. 138. n. 16. (n) de Success. L.
15. Tit. 8. n. 4.

stinctionem bene rejecere BACHOV (o), STRYCK (p),
WERNHER (q), BERGER (r).

RESPONSUM JURIS.

Dennach Uns Doctoribus und Professoribus der Juris-
sten-Facultät bey Thro Königl. Majestät in Schwei-
den Fürstl. Hessischen Universität allhier zu Marburg vor-
stehende Facti Species, subnexa quæstione Juris, nebst zwey
rechtlichen Bedencken Philaletha und Callistrati, auch übri-
gen Literalien zugesendet, und Wir Unser rechtliches Gut-
achten darüber zu ertheilen gebethen worden; Als haben
Wir gesamte Literalien fleissig verlesen und Collegialiter
reiflich erwogen, berichten darauf zur freundlichen Rechts-
Belehrung: Obwohl Callistratus aus nachfolgenden
Gründen zu behaupten vermeynet, daß der Herr Obrist-
Lieutenant von Pappenheim des halben Theils von seiner
Ehegemarkin hinterlassenen fahrenden Haabe nomine por-
tionis statutarix sich im geringsten nicht anzumassen, noch
auch Legitimam & Trebellianicam abzuziehen befugt seye,
und allenfalls die Legitima deducta prius portione statuta-
ria computirt werden müsse, weilen

1.) Die portio statutaria vermögl. Frankfurter Re-
formation

Part. 5. Tit. 4. §. 2.

allein in dem Fall, wann kein Testament vorhanden, statt
finde, sonst aber die successio testata der successioni ab
inte-

(o) d. th. 10. lit. b. (p) de Cautel. testam. c. 22. memb. 1.
§. 16. (q) P. 4. O. 7. n. 127. (r) Pilocal. For.
Qu. 4. p. 83.

intestato, wann gleich ein anders in Ehe-Pacten versehen,
allerdings vorgehe, aus dem Testament aber sub [z] klar
erscheine, daß die Frau Testirerin ihrem Ehegemal nichts
als den usumfructum bonorum vorbehalten wollen ic.
Sodann

2.) Die Legitimam anlangend, die bekante Rechts-
Regul: quod legitima nullo onere gravari possit, in Anse-
hung eines Freunden sowol, welcher dieselbe nomine de-
functi, cui legitima debetur, prætendiret, als auch bewähr-
ter Rechts-Lehrer Meinung nach, in substitutione pupil-
lari ihren Abfall leyde.

ESBACH. ad Carpz. P. 3. Const. 8. def. 1. num. 3.
Einsfolglich der Herr Obrist-Lieutenant, qua heres seiner
Fräulein Tochter, und weilen die Frau Testatricin (gleich-
wie dieselbe nach der Frankfurter Stadt-Reformation wohl
befugt gewesen) derselben ihre Geschwistere pupillariter
substituirt, die legitimam mit Recht nicht prætendiren kön-
ne, besonders da gedachter Herr Obrist-Lieutenant dieser
disposition niemals widersprochen, vielmehr nachgehends
das ganze Testament agnoscirt habe ic. Derowegen auch

3.) Die detractio Trebellianica, weil die substitutio
pro fideicommissaria nicht- sondern directa zu achten, keine
statt habe, und wann auch schon dieselbe pro fideicommissa-
ria zu halten wäre, die Trebellianica dennoch, weil die Toch-
ter allein und nicht deren Kinder daran gebunden, und das
fideicommiss zum besten der Familie geordnet worden, nicht
abgezogen werden könnte.

KNIPSCH. de fideic. cap. 6. n. 169. 170.
Endlich

4.) Kein Zweifel seye, daß in computatione legitimæ
B 3 das

das ex alienum zusorderst abgezogen werden müsse, mit-
hin die portio statutaria, qua instar aris alieni sit,

STRYK. de success. ab intest. Diff. 4. c. 3. §. 2. 20.
ebenfalls zuvor a massa bonorum abzuziehen seye.

Dieweilen aber quoad 1.) in oballegirter Reformation
Part. 5. tit. 4. §. 2. klar verschen, daß die Helfte der fahren-
den Haube dem überbliebenen Ehegatten eigenthümlich
verbleiben solle, und daß solches allein von dem Fall, wann
kein Testament vorhanden, zu verstehen seye, aus dem
in contrarium angezogenen §. 2. d. tit. 4. nicht kan erwie-
sen werden. Immassen die Worte: ohne Aufrichtung
eines Testaments scilicet ganz füglich von dem Fall sich ver-
stehen lassen, da ein Ehegatt dem andern nicht nur die
portionem statutariam übrig läßt, sondern ihn entweder
zum Erben einsetzet, oder mit was ansehnlichem über
die portionem statutariam bedenkt, was aber eben daselbst
von denen Ehe-Pacten angeführt wird, worinnen entwe-
der alle Güter, oder ein Theil derselben, dem Lebendenden
vermacht werden; als welche nach der Reformation

Part. 3. Tit. 2. §. 4. & 5.

(excepta dotis & donationis causa) unkraftig und ungültig sind, so zu verstehen ist, daß solche Pacta durch
ein Testament oder andern lebten Willen geändert wer-
den können. Mithin gar kein Zweifel ist, daß die
Worte: ohne Aufrichtung eines Testaments scilicet ex
Tit. 7. d. Part. 5. als dem ohngezwifelten sede hujus
materiae, rem quippe aperte definiente, zu erklären
und zu suppliren seyen; Und aber es nicht allein ver-
möge der gemeinen Rechte mit der portione statuta-

ria

ria die Beschaffenheit hat, daß ein Ehegatt dem andern solche weder per testamentum gänzlich zu entziehen, noch sonst auf einige Weise zu schmälern befugt ist.

BERLICH. P. I. Decis. 51. n. 3.

STRYK. de success. ab intest. Diff. 4. C. 3. §. 2.

BOEHMER. Vol. 2. P. I. Cons. 627. n. 10.

ne quidem in favorem piæ causa;

LYNCK. Decis. 1139. per tot.

sondern auch solches in der Reformation

d. tit. 7. §. 1.

denen Ehegatten ausdrücklich sub clausula annullatoria untersagt, und in folgendem §. 2. d. t. 7. denenselben nur in denen zugebrachten, wie auch dem halben Theil der errungenen Güter zu testiren nachgelassen wird.

So ist ganz unwidersprechlich, daß der LLatorum intention unmöglich nur auf den Fall, wann kein Testament vorhanden, und als ob sonst in prejudicium portionis statutariae zu testiren erlaubt wäre, gerichtet gewesen seyn könne: Die hierbei ferner gemachte Einwendungen aber, daß ersagter S. 1. von Entziehung der Gebühr aus gefasstem Gram rede / und von revocation der Ehe-Pacten, wie auch dem halben Theil der Errungenschaft nach Anleitung FICARDI und SPRENGERI zu verstehen seye, keine rechtliche attention meritiren, gestalten deren Unerheblichkeit in der Auslage sub [7] §. 6. 10. & 11. genugsam gezeigt worden;

Dannenhero, wann gleich der Frau Testatrixin Wil-
le und Meinung gewesen wäre, ihrem Eheherrn die por-
tio-

tionem statutariam zu entziehen, solches contra expressam legem prohibitivam keinen effect haben, sondern kraftlos und nichtig seyn würde, auch also nach Maasgebung besagten §. 1. erkennen werden müste, ohne daß auch mit einigem Schein Rechtens behauptet werden kan, daß solches der Frau Testatricin intention gewesen, angesehen in §. 6. des Testaments nur allein vom usufructu, nicht aber de portione statutaria in mobilibus Meldung geschehen; unius autem positio non est alterius exclusio, & omisum in dispositione remanet decidendum secundum dispositionem juris communis,

BERLICH. P. 2. Decis. 262. n. 7. seqq.

qui testator semper se conformasse creditur.

Und ob zwar, quoad

z.) von vielen Rechtsgelehrten, denen unter andern auch

LUDOLPH. P. 2. Obsl. 119. in not. num. 2.

STRYK. de caut. testam. cap. 7. membr. 3. §. 11.

heypflichten, ratione legitima zwischen Eltern und Kindern und deren Erben ein Unterscheid gemacht wird; der mehresten einhellige Meinung dennoch dahin gehet, quod liberi fideicommisso gravati jus detrahendi legitimam ad heredes etiam extraneos transmittant, per

L. 32. C. de inoff. testam.

MANTIC. de Conject. ult. vol. lib. 7. tit. 8. n. 2. seqq.

MENOCH. lib. 4. praf. 72. n. 2.

FUSAR. de substit. quæst. 296.

BRUNNEM. Cent. 3. Decis. 36. n. 3.

quam

quam conclusionem indubitabilem & practicam esse, atque
de plano secundum omnes procedere testantur

JUL. CLAR. lib. 3. sentent. §. testamentum. quæst.
72. num. 1. vñl. circa primum.

PEREGRIN. de fideic. art. 8. n. 23. add.

HARPPRECHT. de jur. deduc. duas quart. th. 50.
& 51.

ubi hoc pluribus ostendit, & ad contraria respondet.

Dass aber die in §. 5. des Testaments beständliche sub-
stitution pro fideicommissaria zu halten seye, sowol aus
denen Formalien, deren sich die Frau Testatrix bedient:

So will ich denenselben meine Geschwistere &c. per
fideicommissum substituire haben.

als auch, dass die substituti in §. 3. & 7. des Testaments
ausdrücklich fideicommissarii genannt werden, offenbar
erscheint, folglich da ex antecedentibus & consequentibus
de mente Testatricis genugsam constiret, die beygefügte
unschickliche Worte: *honorabili institutionis titulo*, nichts
widriges operieren können. Dann so wenig clausulæ ac-
cessoria naturam contractus mutiren,

BARSHAM in radice clausularum cap. 26. n. 16.

so wenig kan diese von Callistrato selbst betitelte wunder-
liche Benennung naturam substitutionis fideicommissariæ
ändern, sondern ist ein blosses Anzeigen, dass der Ver-
fasser des Testaments dieselbe nicht verstanden; Und ist
dennoch solche clausulæ pro non adjecta zu halten, oder man
müste eine contradiction in adjecto zugeben, welche in
interpretatione ultimarum voluntatum omni modo zu evi-
tiren,

tieren, selbige auch vielmehr so einzurichten, ut conserventur, non vero pereant. Und daferne diese substitution pro directa & pupillari gehalten werden könnte, würde doch solches nichts releviren. Dann weil vermöge der Reformation

P. 4. T. 4. §. fin.

nicht einmal der Vatter in pupillari substitutione die Legitimam der Mutter entziehen kan, so ist die Mutter solches zu thun noch viel weniger befugt, so daß bei diesem irrgen supposito die detractio legitimæ nichts destoweniger statt finden würde; Diesem nach auf der Testirerin Willen, ob dieselbe ihrem Eheherrn die legitimam entziehen wollen, (welches in ihrem Vermögen nicht gestanden) es nicht ankommt, ohne dem, daß solches der Testatricin Abschen gewesen, aus denen ungereimten Formalien der substitution nicht kan erwiesen werden.

vid. adj. sub [8] §. 3. & 5.

Dabeneben ein unerfindliches Vorgeben ist, als ob der Herr Obrist-Lieutenant das Testament agnosciret habe, indem das Gegentheil aus denen adj. sub [2] [3], worinnen er sich alle ihme dagegen zustehende jura reserviret, überflüssig erhellet. Derowegen quoad

3.) Kein Zweifel vorwaltet, daß die detractio Trebellianicæ gleichfalls Platz habe, immassen bekannten Rechtns, quod in fideicommissis in diem vel sub conditione relictis duplex quarta detrahi possit, & jus hoc detrahendi ad heredes transmittatur, wie beyur

HARPPRECHT. d. Tr. §. 50. & 51.

weit-

weitläufig ausgeführt, und davon præjudicia apud

MEV. P. VII. Decis. 19.

BRUNNEM. Cent. 2. Decis. 33.

LYNCK. Decis. 843. 915. & 1259.

und andern mehr zu finden, welches hier um desto mehr Platz hat, je weniger ein Testator die detractionem Trebellianicae nach der Reformation

d. P. 4. T. 5. §. 3.

verbieten kan, wobei vergeblich ein fideicommissum familiæ singirt wird: Ratio enim conservandæ familiæ a Testatore (ut in casu proposito) non expressa, nisi mens & intentio ejus contrarium suadeat, non est inducenda, præsertim quando Testator fœminas ad fideicommissum vocavit,

FUSAR. de substit. fid. quæst. 480.

als welches dann Callistratus selbsten nothwendig einrufen muß, wann er anders keine contradictoria statuiren will, weil er annimt, daß durch dasselbe nicht der Tochter Kinder, sondern sie allein gebunden seye. Letztlich quoad

4.) Der Billigkeit und gemeinen Rechten gemässer zu seyn scheinet, quod in computatione legitimæ portio statutaria non sit prius deducenda per ea, quæ tradit

CARPZOV. Lib. 6 Respons. 48.

STRYK. de success. ab intest. diff. 4. cap. 3. §. 59. & 60. in contrarium supra male allegatus.

WERN-

WERNHER. Part. IV. Observ. 47.

wo er solches mit einem præjudicio der Wittenbergischen Juristen-Facultät bekräftiget, dabeneben auch dem von Callistrato erregten dubio wirklich abgeholfen, indem er, wie Philaletha, in Adj. sub [8] S. 7. inter æs alienum hominis & legis gar füglich distinguiert.

Ergehet dennach schlüsslich Unsere Meinung in Rechten dahin, daß des Herrn Philaletha so rubricirtes Rechtliches Informat sub [4] im geringsten nicht energirt, mit hin die Uns vorgelegte Frage affirmative zu beantworten seye. Alles von Rechts wegen, salvo tamen cuiusvis rectius sentientis judicio; Urkundlich Unsers hierunter gedruckten Facultät-Insiegels. Actum Marburg mensis Aprilii 1741.

(L. S.)



Marburg, Diss., 1741-43

VD 18



TA → OL
1+ 8 Shill verknapft

Pr. 53. num. 22

20
D. JOH. ULRICI CRAMERI,
POTENTISS. SUECOR. REG. HASS. LANDGR. CONSIL.
AUL. PROF. JUR. ORD. P. T. FACULT.
JUR. DECANI.

1741. 2.

PROGRAMMA
DE
SUBSTITUTIONE
FIDEICOMMISSARIA
MATRIS IN DIEM,
QUO LIBERI IPSIUS
INFRA PUBERTATEM
DECESSERINT,

NEC CUM VULGARI IN EUNDEM DIEM
NEC PUPILLARI CONFUNDENDA.

QUO
LECTIONES SUAS AD PANDECTAS
INTIMAT.

CUM RESPONSO FACULTATIS.

MARBURGI CATTORUM, 1741.
TYPIS PHILIPPI CASIMIRI MULLERI, ACAD. TYP.

